



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Quarta Conclusio. Regulariter, quæ inferior maleficus intulit maleficia,
superior potest curare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

tio curare possunt, quæ indocti Medici ne quidem cognoscere valent.

Quarta Conclusio. Regulariter, quæ inferior maleficus intulit maleficia, superior potest curare.

PROBATUR. Superior maleficus operatur virtute superioris Dæmonis, qui inferiorem potest cogere, ut ipsemet dissolvat, vel superior valet dissolvere, cum in sua potestate sit. Rex enim in suo regno omnia, quæ excellentiæ & potestatis sunt, potest quæ Prætor, vel officiatu sibi subditus. Intellego autem hic superiorem maleficum eum, qui pactum, habet cum Dæmone superioris ordinis.

Quinta Conclusio. Quandoque infirmitates & calamitates illatæ tales sunt, ut amplius nullo etiam maleficio dissolvi queant.

PROBATUR. Sicut mala aliquando ita periculosa & inueterata sunt, ut nulla arte medicorum curari queant: Ita etiam ob diuturnitatem maleficia hominis naturam destrueri possunt, ut impossibile sit curare. Quia cum maleficus curet cooperante Dæmone, qui impedimenta sanitatis removere debet naturalibus: si ob diuturnitatem omninò natura destructa